



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 73. Hungaria a Turcis bello invasa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

§. LXXIII.

Sæcul. XVI,  
A. C. 1556.*Hungaria a Turcis bello invasa.*

Cum Ferdinandus Rex pacta servare  
renueret, tumultus exinde in Tran-  
sylvania exorti hoc anno Turcas im-  
pulerunt, ut aliunde aliorum dissidia  
in rem suam vertere assueti arma cape-  
rent, necnon populabundi in Hunga-  
riam irrumperent, postquam Regnum  
per integrum triennium haud amplius  
infestaverant, eoquod Persico bello

Thuan. l. 17.  
p. 8.

H h 2 tum

quidem ablegato Romam filio cum Pontifice se-  
dulo, ac studiose egerat, ut pacitionem de nu-  
ptiis cum Pienna ab eo initam rescinderet: verum  
ille longis protestationibus Momorantii petiti-  
onem ludificatus, rem quasi ambigui juris sæ-  
pius identidem ad consistorium revocando effe-  
cevat, ut is, cujus præcipua apud Regem au-  
thoritas erat, ab amicis persuasus, quod regia  
auctoritate fieri posse cognoverat, id a Pontifice  
diutius sibi expectandum non esse existimaret:  
eo igitur instigante lex condita, & in Senatu  
Kalendis Martii promulgata fuit: cui & Mo-  
morantii causa additum est, ut, quando legi  
Dei consentanea esset, in præteritum quoque  
valeret, modo copula non intervenisset; cum  
alioqui cæteræ constitutiones, quæ a Principibus  
sunt, tantum dent formam futuris negotiis:  
quapropter edictum illud quamvis sanctissimum  
& plerisque ambitiosum vocatum fuit.



Sæcul. XVI.  
A.C. 1556.

tum distenti fuissent: nunc autem que-  
rebantur Turcæ, quod Haidones, seu  
Heiducqui genus hominum latrociniis  
deditum, qui pro nullo stipendio meren-  
tur, crebras excursiones juxta Zigethum,  
ac Babozam, & vicina Quinqueecclesiis  
loca facerent, ac plerumque ipsorum  
naves deprædarentur. Porro idip-  
sum Ferdinandus minime prohibere  
poterat, veritus, ne eos a se alienos  
redderet, & alioquin nullo stipendio, aut  
Sacramento addictos haberet.

Igitur Solymanus in Hungariam  
unacum ducentis Turcarum millibus  
Thuigonem Bassam emisit, qui mox  
Anno Christi millesimo quingentesimo  
quingagesimo quinto Babozam deditio-  
ne accepit, ac Zigethum cinxit. Ast ac-  
cepto per medium tentorium ingentis  
globi ictu retrocessit, perinde ac si jam  
obsidionem solveret, auctis autem ex  
simulata hac fuga præfidiariorum ani-  
mis, hi ex urbe erumpentes, Turca-  
rum circiter trecentos trucidarunt:  
quapropter Bassa hujus cladis injuria  
irritatus tormenta sua admovere statuit:  
ast obsessorum, qui mortem potius op-  
petere parati erant, constantia motus,  
jam hyeme appetente a Zigetho omnino  
discedit.

§. LXXIV.